

- 91 cet de pecunia communi emerit, sed sibi soli querit dominum?
- 92 Fallit in re empta cum pecunia Ecclesie, militatis, universitatis, & minoris; tunc enim res sit illorum quorum est pecunia.
- 93 Communicari debet emptum nomine proprio, si possum fuit à socio empte in estimo communi, tunc enim utriusque acquiritur.
- Emptum à tutorc cum pecunia minoris, communicatur cum minore, licet tutor proprio nomine emisset; Et quid si emptor non fuisset tutor, sed extraneus.
- 95 Quibus casibus res empta communicari debet consociis.
- 96 Emens rem antequam actione pro socio conueniat, ut eam communicet, illam legare posset, vel vendere.
- 97 Lucrum quod quis socio contradicente quæsivit, precipuum negotiantis est, & illud communicare non tenetur.
- 98 Lucrum illicitum, propriè lucrum appellatur.
- 99 Lucrum ex delicto non communicatur.
- 100 Socius qui percipit lucrum illicitum à socio scienter, videtur se adstringere ad restitutionem, & ad pœnam.
- 101 Lucrum debet esse sine dolo.
- 102 Lucra acquisita per prauitatem usurariam non communicantur.
- 103 Usuræ de iure Diuino, & Canonicæ prohibite sunt.
- 104 Lucra facta à Predonibus non communicantur alijs.
- 105 Quæsita in ludo, ex illicita causa censentur acquisita, unde nec talia lucra sociis communicantur.
- 106 Non communicatur lucrum ab Hypocrita, per Hypocrisiam factum, & communicatum restitutur pauperibus.
- 107 Lucra illicita communicata potest socius, qui ea communicanit de Societate deducere si fuerit condemnatus ad illa restituenda.
- 108 Lucra usuriariorum, officialium, meretricum, & Aduocatorum an restituantur. Remissione.
- 109 Socius communicare non tenetur paralucra.
- 110 Res casu, vel fortuna inuentæ per unum socium, non communicantur etiam si Societas fuerit occasio illius lucri.
- 111 Fallit in sociis omnium bonorum, quando tamen tale inuentum siebat occupantis, ut thesaurus, & gemme in litora maris; secus in rebus, que occupantis non efficiebantur.
- 112 Colonus reperiens arando in fundo Thesaurum, lucratur dimidiam, alteram Domino fundi restituit.
- 113 Socius itineris, qui quid inuenit in iuinere, consocio communicare tenetur.
- 114 Lucrum quod frater, vel socius acquirit ex officio non communicatur alijs.
- 115 Aduenticum peculium illud est, quod frater ex suis laboribus lucratus est.
- 116 Quasi castrense peculium est, quod percipitur in officiis ex publico.
- 117 Aduenturia non conferuntur.

- 118 Peculium quasi Castrense, ad instar Castrensis redactum fuit.
- 119 Castrenia fratribus non conferuntur.
- 120 Lucrum quæsitus ex officio non communicatur fratribus, etiam si ipsi paternam hereditatem indutam tenerent.
- 121 Non communicantur luera quæsita ex officio, etiam si frater acquirens, substatutus fuisset ab alio fratre.
- 122 Imperitia vnius alteri obesse non debet.
- 123 Non communicatur lucrum quando socius cum promisso ponere in Societate tercentum, & socio ponenti operas dare lucrum integrum de centum, sibi reliqua detinendo, promissa deinde non adimpleisset, sed posuisset in societate centum tantummodo. Tunc enim totum lucrum erit socii ponentis operas vigore conuentionis, fallit ut num. 128.
- 124 Conuentio facta de partibus lucri, & damni seruanda est.
- 125 Parta sunt seruanda.
- 126 Fallit quando aliquid noui accidit.
- 127 In Societate pars lucri attribuenda est pecunia.
- 128 Socius communicare non tenetur donatum sibi à Principe, vel ab alio.
- 130 Donum communicari debet consocio si fuit factum contemplatione Societatis & traditur quomodo cognoscatur an contemplatione societatis fuerit donatum nec ne.
- 131 Clericus non communicat lucra per eum facta, fratribus viuentibus ad unum panem, & vinum.
- 132 Opinio Authoris in materia lucri Clericorum.
- 133 Lucrum acquisitum extra rem Societatis non communicatur sociis, quod etiam extenditur in heredibus.
- 134 Fallit quando nomini communi socius acquireret, nam tunc communicatur lucrum, licet extra rem Societatis quæsum fuisse.

C A P V T D E C I M V M .

De Lucro.

DE damno diximus supra in duobus proximioribus capitibus: Nunc de lucro conueniens est, ut despiciamus, de quo in l. mui-
tius, ff. pro soc. habet esse id, quod superest omni damno deduc-
to. Hoc idem etiam comprobat Ioan. Lup. in rep. rubr. de don. int. v. r. &
v. x. col. 149. in prin. & Oinot. de Societ. in inslit. lib. 3. n. 9. & seq. Dec. cons.
116. n. 5. & Bart. & Bal. in d. l. muius. Et faciunt tradita per Ang. in sing.
verb. lucrum, & per gl. fin. in l. per diuersas. C. mand. & not. per l. illud C. de
coll. at. vbi lucrum dicitur id, quod superest deducta impensa, & labore
personæ, & estimatione laboris personæ, & Barth. Socim. cons. 265. incip.
presentis par. 2. versic. secunda difficultas.

Regulam igitur in hoc decimo capite constituenda est. Quod in tractatu Societatis omne lucrum inter socios sit communicandum. Spec. de iudic. §. sequitur videre. vers. Quod si duo fratres, & Ioh. Oinot. in princ. tit. de Societ. inst. lib. 3. n. 8. per l. si non fuerint, 29. & per l. plane si ambo, ff. pro socio. Vbi tantus ille vir, quid etiam pro lucro intelligendum, & quomodo lucri partes faciendæ sint, sufficienter declarat n. 9. 10. 11. & 12. & Bart. in l. vnu in principio, ff. pro soc. Vbi tunc solum esse Societatem affirmat quando lucra, & damna communicantur.

Amplia primo regulam (& hæc ampliatio venit illatiuè ex regula) procedere etiam quando inter socios fuit contracta societas omnium bonorum. Tunc enim omnes res, quæ coeuntur sunt continuò communicantur, l. 1. §. in Societate ff. pro soc. siue acquirantur titulo hæreditario, not. Ang. in inst. §. manet, in prin. de Societ. per tex. ibi, & per l. 3. §. 2. & l. coiri. ff. pro soc. siue acquirantur titulo legati, siue donationis, siue alia quamcumque ratione, tex. optimus est in l. cum duobus §. socium, & §. si inter. ff. pro soc. & tex. in l. ea vero, §. cum specialiter, ff. pro socio, cum simill. & id. Ang. Aret. inst. de societ. §. manet n. 3. vbi quando Societas est omnium bonorum dicit, quod etiam stipédia, quæ quis habet de publico, ut Doctor legens, vel ex causa lucrativa, vel alio modo, cogitur fratri, vel alio, qui consocij sint omnium bonorum communicare; citat. tex. in l. si fratres, ff. pro socio. Huius ampliationis restrictionem vide inferius sub numero 98.

Amplia secundo regulam (& hæc ampliatio infertur ex præcedenti) procedere etiam in rebus emptis à consocio omnium bonorum. Nam quod hæc debeant alijs communicari, est tex. in l. si quis societatem, & ibi Bal. & gl. & l. coiri. ff. pro soc. & faciunt, quæ generaliter dixi hoc eod. cap. ampl. 1. n. 3. & cap. 2. Quomod. contrab. n. 23. & 24. Secus autem si non sint socij omnium bonorum, ad tradita per me inferius hoc eod. cap. limit. 4. num. 76.

Extende hanc secundam ampliationem etiam in te empta à fratre, 6 qui socius sit omnium bonorum, nomine proprio, secreto, & separatis; Si enim frater iste bona communia habebat cum fratre, & per multa tempora inuicem fructus, & lucra generaliter omnia communicauerint, tenetur etiam communicare tale emptum. Ita consuluit in proprijs terminis Bal. in conf. incip. in Christi nomine, Amen. Ad evidentiam, & voluit, id. Bal. in l. 1. C. si quis al. vel. ibi, & Alex. conf. 68. par. 2. & melius, conf. 36. & seq. par. 4. vbi dicit fratrem, qui sit socius omnium bonorum, & qui emit altero fratre ignorantie, communicare debere emptum fratri, secundum Bal. in d. l. 1. quem sequitur Pet. de Anch. conf. 133. & conf. 234. vers. quid si vnu clam emat. Huius extensionis limitationem vide inferius eod. cap. limitat. 4. n. 76. & seqq.

Restringe tamen supradictam secundam ampliationem, quando socius

7 cuius omnium bonorum protestatus fuerit ante emptionem, quod sibi soli intendat acquirere non consocio; Nam tunc cum ex hoc videatur dissolui Societas, quæ dissensu dissoluitur, §. manet. inst. de Societ. Ubi Scribb. tale emptum consocijs communicandum non erit, ad Bal. in c. 1. col. 2. de benef. frat. in us. feud. vbi loquitur in fratre.

Amplia tertio regulam procedere nedum quando de lucro communicando fuerit inter socios conuentum, verum etiam quando de lucro nihil conuentum fuerit; Nam & hoc casu lucrum communicari voluit, Ioh. Oinot. d. tit. de Societ. in princ. n. 12. in si. & faciunt tradita per Ang. Aret. inst. de Societ. §. de illa n. 4. & Soc. Iun. in Rubr. tit. de acq. possess. comment. n. 41. vbi dicit illum, quod in damno statuitur in lucro etiam procedere, quia est eadem ratio; Et vide, quæ dixi superius proximiori cap. ampliat. prima, n. 3. & seqq. Huius autem ampliationis ratio esse potest, quia de natura Societatis est, vt lucra in Societate sint communia, l. cum dnobus, §. damna, & l. si non fuerint, ff. pro socio.

Amplia quarto eamdem regulam procedere, etiamsi fuerint inter socios conuentum, vt vnu sentiret totum damnum, alter vero caperet totum lucrum; Nam ex eo, quod non valet tale pactum, lucrum, & damnum eo pacto non obstante communicabitur, ad ea, quæ tradit Ioh. Oinot. d. tit. inst. §. de illa, n. 3. Et dixi ego in simili de domino in præcedenti proximiori cap. Ampl. 2. n. 7. & seq. & facit Glos. in cap. plerique 14. q. 3. Ceph. conf. 248. n. 34. vol. 2. & Bal. in l. 1. C. pro soc. vbi non valet societas cum vnu ex socijs lucrum consequi vult, nullum autem damnum pati. Huius ampliationis ratio potissima esse potest, quia tale pactum est contra naturam contractus, arg. d. l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, & d. l. si non fuerint. Vnde pro nullo haberur. Bal. in l. 2. C. de contrah. empt. & in margin. ver. pactum, vers. 4.

Amplia quinto regulam supradictam etiam in casu quo duo contrinxerint Societatem, & vnu iuerit ad emendas merces, & lucratus fuerit; Nam si interim eo ignorante socius deceperisset, licet lucrum, & damnum cum hæredibus defuncti communicari non videatur, quia societas ad hæredem non transit, vt dixi cap. 6. vers. 6. finit, tamen lucrum, & damnum communicandum esset cum hærede propter ignorantiam mortis, sicut in mandato, tex. est in l. actione, §. quod si ff. pro soc. secundum Bal. ibi; etiam Pet. de Perus. tratt. de duob. fratr. par. 11. q. 7.

Amplia sexto procedere regulam non solum in supradictis societatum generibus, verum etiam in societa animalium, in qua lucra quoq; esse communicanda, testatur Azor. inst. mor. lib. 9. par. 3. cap. 8. vers. 10. 13 In o si animalia darentur, vt commoda, alimenta, fructus, impensis, &c. non essent communia, non diceretur Societas, id. Azor. loc. citato, d. lib. 9.

Amplia septimo regulam procedere nedum inter socios omnium bono-

14 bonorum; verum etiam inter socios particulares, si unus ex his, v.g. nomine communi quascumque res emeteret; hoc enim causa socii rei particularis etiam si emptum fuerit extra rem Societatis, illud communicabit alteri socio rataam tamen habente emptionem, ad egregie tradita infrafratribus, per Franc. Vin. com. opin. lib. 1. op. 211. n. 5. vbi post Bart. & Alex. in l. si mibi, & Titio, ff. de verb. oblig. dicit quando frater nomine absens fratri, & suo nomine stipulatus fuerit emphateusim, fratri absenti acquiritur si ratificauerit, & facit tex. in l. si pupilli, §. sed ego, ff. de neg. gest. vbi gl. & DD. & l. siego, ff. de neg. gest. Ratihabitione enim habet vim specialis mandati. Castr. in l. multis interest, C. si quis al. vel sibi, & ad illud tempus retrorahitur. Oldr. cons. 26. n. 17. cap. ratihabitionem, de reg. iur. Secus autem est si absens frater, vel locutus rataam non habuerit stipulationem, nam tunc emptum solius remanet ementis, Franc. Vin. op. com. lib. 1. op. 211. n. 5. in s. ibi. & illo non ratificante totum acquiritur stipulantibus; Et tex. bonus est, in l. fundus ille, ff. de contrah. empt. & facit l. cum qualiter, ff. de ad. tut. & l. si absentis, C. si cert. pet. ex quibus iurium locis argumentati potest, quod contractus in persona contrahentis firmus remaneat, si ille cuius nomine est celebratus non ratificauerit. Et ita videtur sentire Bal. cons. 162. per tot. lib. 3. & in nostris terminis est tex. in l. communis seruus, §. si. in ultimis verbis, ff. de acq. posses. vbi clare dicitur si aliquis sine mandato emerit praedium alteri non acquiritur si rataam non habuerit emptionem, quod etiam voluit per illum tex. Alex. cons. 110. vol. 1. col. 2. & cons. 167. col. 3. vol. 6. dicens, quod si quis apprehendit possessionem nomine meo non precedente ad hoc mandato, non acquiritur mihi possessio nisi sequuta ratihabitione; Et scribit Dec. in cons. 226. col. 2. & Al. in l. quod meo. col. 2. ff. de acq. posses. Et quod cum absque mandato nomine alicuius emititur requiratur ratificatio, ad hoc ut ille cuius nomine celebratur contractus sibi acquirere possit, tenet Bald. cons. 32. lib. 2. & faciunt tradita per Castr. cons. 195. n. 2. lib. 2. vbi sine ratificatione, quis non potest sibi querere dominium, neque posses, neque actio iuris rei, quæ ipsius nomine empta fuit. Ex his igitur satis constat fratrem, vel quemlibet alium socium particularem emptum etiam extra rem Societatis alteri fratri, vel socio communicare debere, dummodo tamen duo concurrant, nempe, quod nomine communi unus emerit, & emptionem alter ratificauerit, quod tene menti.

Amplia octauo regulam procedere non solum in socijs, verum etiam 18 in fratribus, qui post mortem patris in communione remanserint; Nam si unus eorum aliquid lucratetur, cum fratre communicare tenebitur acquisitum. Auth. de Eccles. tit. §. interdicimus. Et ratio est, quia tunc fratribus omnia presumuntur habere de communi patrimonio. Bal. in l. iubemus, §. in supradictis, C. de trebel. per tex. in l. fin. C. de pig. Alex. cons. 13. col. vlt. vol. 3. & facit arg. eius, quod dicitur in l. 5. ff. de don. int. vir. & vxor. & in l. etiam

Letiam, C. eod. tit. Materiam huius octauæ ampliationis (post 10. And. & But. in cap. 1. de pec. Cleric. & Alex. in cons. 30. par. 4. & Bart. in trac. de duobus fratribus. & Franc. Port. eo. tract. quæst. 2. par. 1.) tractat Vbaldus in auth. ex testamento C. de collat. col. 7. vbi tantus ille vir dicit Iudicem ex arbitrio suo, inspecta prius qualitate personæ filij, & eius industria, iudicare debere si ipse administraverit alia bona, quam paterna, & consequenter si lucrum, de quo disceptatur de bonis paternis communibus acquisitum censendum sit; Imo col. 8. subiungit id. Bld. quod quando filius lucrum tale possidet, ipse relevatur ab onere probandi. Secus autem si lucrum sit apud alterum fratrem, nam tunc ipse probare debet unde illud lucratus sit.

Restringe igitur primo hanc octauam ampliationem, quando probaretur dictum fratrem, qui lucratus fuit esse artificem; Nam isto casu, quia præsumeretur, quod ex operibus suis lucrum sibi quæsiisset, nisi aliter probaretur ex aduerso. Bal. in l. iubemus, §. in supradictis, C. ad Trebel. & est tex. in l. si defunctus, C. de arb. tut. & l. 3. in prin. C. ad l. falc. tale lucrum communicandum non esset, ad Lud. Rom. sing. 400. Alex. cons. 78. vol. 2. Boer. decis. 214. & Franc. Vin. op. comm. lib. 2. opin. 728. n. 2. vbi dicit quod frater aliquid acquires dum est in communione, licet nomine communis acquirat, præsumitur acquisiuisse de proprio, non de bonis communibus, & ita si alter frater vellet partem lucri posset frater acquires repetere partem pretij. Ita dictus Franc. Vin. qui etiam relatis innumeris DD. istam esse veritatem, & communem opinionem affirms, damnataque contraria sententia, quam ibidem recenset, hanc sacrosanctam appellat. Aliam huius ampliationis rationem ponit Pet. de Ubald.

22 de Perus. in suo tract. de duobus fratribus. vbi dicit tale lucrum fratrem artificem communicare non debere alteri, quia omne artificium per continuum exercitum dicitur suscipere incrementum, citat tex. in l. legatis, §. ornaticibus, ff. de leg. 3.

Restringe secundo eamdem octauam ampliationem, quando viuo patre filius bona paterna administrabat; si enim non appetat, ex qua pecunia fuerit à dicto filio quæsiatum, præsumitur concurrentibus conjecturis, ex facultatibus quæsiuisse. Alex. cons. 13. par. 3. col. vlt. & cons. 31. par. 4. & consequenter, quod illud patri acquiratur, excepto eo, quod labori, & industria filii esset tribuendum, probat Bart. Soc. in cons. 192. vers. secunda conclusio cum seqq. par. 2. vbi etiam determinat, & plenius in cons. 91. in c. vfa. p. 1. quantum industria filii sit attribuendum. Quare nec isto casu totum illud lucrum inter fratres erit communicandum, sed pars illa tantummodo, quæ patri fuit acquisita. Vide quæ ego inferioris dicam hoc eo. cap. ampliat. 11. n. 40. vsque ad n. 52.

Amplia nono regulam procedere etiam in fructibus dotium; Isti enim communicantur inter fratres, & socios omnium bonorum, tex. est in l.

Alexandri Trombettæ,

110

in l. fundus, ff. de fam. ercif. & ibi Bart. & facit l. si Societatem vniuers. ff. pro
socio, & l. ea verò, §. cum specialiter, eo. tit. vbi socij omnium bonorum vn-
decimque, & qualitercumq; quæsita communicant. Nec obstat, quod
potius isti fructus communicari non debere videantur, quia mariti sunt
propter onera matrimonij, l. pro oneribus, C. de iur. dot. Nam respondeo,
quod socios omnium bonorum onera matrimonij pariter sustinere
præsupponitur. Dixi communicari tales fructus si fratres, & socij sint
omnium bonorum, quia alias in societatis particularibus, secus for-
san esset, nam soli marito cederent ad onera matrimonij sustinenda, se-
cundum Pet. de Peru. in conf. incip. Quoniam iam dudum, lib. I. 4.

Extende primo hanc nonam ampliationem procedere etiam in ipsa
25 dote. Hæc namque communicari debet inter socios omnium bonorum,
sive sint fratres, sive extranei, tex. est in l. si vnu. §. actione, cum l. seq. ff. pro
soc. Dominum enim illius marito queritur constante matrimonio,
Bar. in l. ne que, ff. de imp. in re. dot. Imò constante matrimonio maritus
tantum habet actionem pro dote, l. vbi, C. de iur. dot. & no. Host. in c. cum
contingat. de iure iur. in prin. Ergo communicari debet consocijs omnium
bonorum, ad tradita generaliter supr. ampliat. I. n. 3. hoc eod. cap. Benè
26 verum est, quod postea finito tempore Societatis, dos non venit in di-
uisione, sed ante omnia debet detrahi per sustinentem onera matrimo-
nij. Bart. in l. actione, §. fin. cum l. seq. per tex. ibi. ff. pro soc. Spec. de iudic. §.
4. quid si communione, & Bal. in l. si patruus, C. comm. vtrius. iud. & in conf.
incip. in Christi nomine, Amen. Proponitur, &c.

Extende secundo eamdem nonam ampliationem procedere in zois
27 iocalijs, & ornamenti vxoris mortuæ: Hæc enim sunt viri, qui debet
ea fratribus socijs omnium bonorum communicare. Bal. in l. cum te. C. de
don. ant. nup.

Extende tertio eamdem nonam ampliationem procedere etiam in
28 lucto ex dote prouenienti vni ex fratribus, vel socijs omnium bonorum;
licet enim, prout superius dixi num. 24. ista lucra communicari non de-
bere videantur, quia mariti sunt ob onera matrimonij, quæ sustinuit d.
l. pro oneribus, C. de iur. dot. & l. dotis, ff. de iur. dotum, tamen communicari
verius est alteri fratri omnium bonorum consocio, cum ille pariter one-
ra matrimonij sustinuisse præsupponatur, d. l. fundus, vbi Bal. ff. fam. ercif.
& Glos. est singularis, in l. si eo tempore ff. pro soc. vbi socijs omnium bono-
rum communicari debet lucrum dotis, si illi onera matrimonij pariter
cum fratre, vel socio sustinuerunt. Nec obstant huic nostræ extensioni,
quæ in contrarium videtur voluisse Bart. in tract. de duob. fratrib. I. par.
prin. que st. vlt. & qua altitantur per DD. in l. quod scitis, & in l. I. & seq. C. de
bo. quæ lib. & in gl. in l. dotem, ff. de castr. pecul. & in l. si cum dotem, §. trans-
grediamur, ff. sol. mat. Nam loquuntur in casu, quo Societas non sit om-
nium bonorum. Quare ex his.

Restringe

Restringe hanc tertiam extensionem non procedere in fratribus, vel
29 socijs, qui non sint socij omnium bonorum; Nam huiusmodi fratres,
vel socij diuidere cogendi non sunt lucrum dotis, quando altero eorum
obuenit mortuo patre, sed tunc est illi præcipuum, sicut præcipuum ei
etiam est quādo lucratur superstite patre, si tamen ipse filius onera ma-
trimonij sustinuit; secus si talia onera fuerunt penes patrem. Nam tunc
tale lucrum diuidendum est inter fratres. Hæc est distinctio Bart. in tra-
ct. de duob. fratrib. que st. §. art. I. quam licet improbent Raph. & Alex. in l. si
cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. mat. Confirmat tamen tex. in l. actione,
§. si. ff. pro soc. & sequuntur Lud. Rom. in auth. ex testamento, C. de col. & la-
tissime Dec. in conf. 68: & Bal. in l. 2. C. fam. erc.

Amplia. 10. proposita regulā nedum in fratre, qui socius sit omnium
30 bonorum, sed etiam inf. in fratre, qui socius sit rei particularis, quan-
do vxorem accepit viuo patre, & etiā eo superstite morte vxoris lucra-
tus est dotem, seu partem illius, virtute iuris municipalis, vel pacti; Hoc
enim casu patre deinde mortuo tale dotis lucrum non erit proprium
illius, sed communicabitur cum fratribus, Bal. in l. vxor tua. C. famil. ercif.
vbi seqñutus Dyn. in d. l. cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. mat. dicit quod
si locer subiit onera matrimonij, hoc lucrum est profectum, & ipse lu-
cratur. Et si acquiritur filio ex forma statuti, non durat penes eum nisi
quoddam momento tamquam profectum.

Contra hanc ampliationem decimam sentire videntur Bart. in d. l. si
31 cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matr. Ang. in l. I. C. de bo. quæ liber.
Bal. in auth. ex testamento, col. 10. C. de collat. gl. in l. quod scitis; ver. dotis, C.
de bo. quæ lib. & Castr. in d. §. transgrediamur. Sed nō obstat, nam amplia-
tio nostra procedit quando pater onera matrimonij sustinuit, hæc vero
Bart. sententia, & sequacium, quando talia onera fuerunt pñnes filium.
Talem distinctionem inuenio apud eūdem Bartolum in l. si dotem, ff. de
castr. pec. vbi aperte dicit, quod quando statutum expresse vult virum
lucrum dotis facere, tunc non communicatur, sed illud vir habet sibi
præcipuum: quando verò generaliter loquitur, eum scilicet, qui dotem
acepisse am lucrari, tunc dicit, quod est propria filij, si matrimonij one-
ra sustinuit: & est patris, & consequenter diuidenda inter fratres post
ipsius mortem, si ipse pater talia onera supportauit.

Restringe idcirco ex his hanc decimam ampliationem si filius subie-
32 rit onera matrimonij, id est ex suis lucris aluerit vxorem; Tunc enim ip-
se filius lucratur dotem cum effectu. Ita quoque sentit post Bart. in d. l.
si dotem, ff. de Castr. pec. Salicetus in l. 2. C. fam. ercif. & Alex. in l. si cum do-
tem, §. transgrediamur, ff. sol. mat. Et ratio potest esse, quia tale lucrum ad-
uentitium dicitur. Bal. in l. si donaturus, §. si quis indebitum, ff. de cond. ob-
cau. l. I. vbi Bal. C. de bon. quæ lib. Dec. in l. in eo. n. 6. 7. ff. de reg. iur. Card. Par.
conf. 137. vol. I. n. 5. Bart. in d. l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. mat. &
Ang.

Ang. in auth. de emphyt. §. ascriptio; & non communicatur fratribus;
quia cum illis nulla intelligebatur contracta Societas tempore dicti la-
cri acquisiti, ex eo, quod pater viuebat, l. fin. C. de collat. l. frater à fratre,
ff. de cond. ind. Bal. in l. cum oportet, in pri. in 2. col. ad fi. vers. quare fra-
tres, C. de bo. quæ lib. vbi ideodicit, quod quilibet sibi acquirit, & alteri
conferre non tenetur: Et dixi ego superius cap. 2. Quomodo contrah. limit. 5.
n. 53. & seq. secundum Oinot. in fl. de act. lib. 4. §. quædam actiones, n. 41. & se-
33 cundum tex. in l. fin. C. de collat. Nec obstat, quod in isto lucro, ut asseri-
tur aduentitio pater debet esse vsufructarius, l. 1. & ibi DD. C. de bo. ma-
ter. l. fi. C. de bon. quæ lib. & faciunt tradita per Par. in conf. 130. n. 7. vol. 2.
& not. in §. inst. per quas person. Nam respondeo, quod pater dissimulan-
34 do videtur vsum fructum remittere, ad l. cum oportet, §. sin autem, C. de
bon. quæ lib. & Bal. in l. vxorem, col. 1. vers. item pater, C. de cond. ins. & Ber-
tach. in 4. par. sui reper. litera P. ver. pater vsufructarius, vers. 9. vbi dicit,
quod pater permittens filium percipere fructus bonorum aduentio-
35 rum, vsum fructum, qui ad ipsum spectate i tacite videtur donare, & va-
let donatio hæc, itaut secundum communem opinionem eos fructus
36 post mortem patris cum alijs fructibus conferre non teneatur: Citat in-
finitos Doctores, à quibus tamen testatur dissentire Alex. in auth. ex te-
stamento, & Iason. in l. fin. n. 3. C. de collat.

Restringe secundo eamdem decimam ampliationem quando patre
37 mortuo, frater, qui socius non fit omnium bonorum dotem lucraretur;
Tunc enim quod tale lucrum sit præcipuum illius, & nihil fratribus
conferre teneatur est casus notabilis in l. vxortua. C. fam. ercis. Imò quod
illa dos non veniat in diuisione, sed debet ante omnia detrahi per eum,
qui onera matrimonij sustinuit, est tex. in l. actione, §. fin. & ibi Bar. cunal.
seq. ff. pro soc. l. 2. C. fam. ercis. & l. si filia, §. hoc amplius, ff. fam. ercis. & Bal.
in l. assiduis, C. qui pot. in pig. hab. col. 3. Ratio esse potest, quia fratres onera
matrimonij non supportauerunt, ad ea, quæ generaliter dixi superius
ampliat. 9. n. 28. vers. extende 3. hoc eod. cap. Ad hanc restrictionis ratio-
38 nem quoque faciunt, quæ dicit Bal. in d. l. vxortua. Vbi tradit, quod fi-
lius emancipatus potest exigere dotem suæ vxoris à patre, quia vbi one-
ra matrimonij sunt, ibi debet esse dos, quæ pro ipsis oneribus debet de-
sernire l. dotis fructus, & l. pro oneribus, C. de iur. dotum: & hoc dictum Bal.
di sequitur 10. de Por. in l. si constante, §. si ex hæredatio, ff. sol. mat.

In materia dotum Ferrar. in form. libell. in cau. Societ. distinguit hoc
39 modo: Aut matrimonium, & dotis datio præcessit Societatem: Aut è
conuerso: & vtroque casu subdistingue: quia aut durat Societas, & ma-
trimonium, & tunc fit communis vsum fructus dotis tantum proprietate
salua; Aut Societas dissoluitur, & durat matrimonium, & tunc nulla fit
dotis communio, citat Socin. conf. 2. 13. col. pen. vers. quinta conclusio, vol. 2. a.
Paris. conf. 100. n. 21. vol. 2. Rol. à Val. conf. 7. n. 41. vol. 1. Aut è conuerso
durat

durat Societas, & matrimonium dissoluitur, & tunc si morte vxoris ita;
quod maritus lucretur dotem, vel ex pacto, vel ex lege, fit communio
dotis, citat Dec. conf. 66. & seq. & conf. 560. Rui. conf. 10. & alios: Si vero
matrimonium dissoluitur morte viri, fit restitutio ipsius dotis vxori, &
non communio, vt l. actione, §. fin. cum l. seq. in prin. ff. pro soc. Hæc scribit
Ferrar. quæ tamquam proximè veritati non mihi displicant, cum à no-
bis, ipse non dissentiat, si rectè intelligatur.

Amplia 11. regulam quando vincente patre filius aliquid cum pecu-
40 nia patris lucratur; hoc enim casu, quod tale lucrum tamquam profe-
ctuum patri totum acquiratur & consequenter eo mortuo inter fratres
communicari debeat, est tex. in l. certum, C. fam. ercis. secundum Bertach. in
repert. par. 2. litera F. verb. fructus communicantur, vers. pen. & fuit opinio
Gl. in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. quam secutus fuit Spec. in tit. de iudic.
§. sequitur, vers. quid si alter; & facit ad hoc tex. in §. sanctum. inst. per quas
pers. vbi si aliquid ex re patris filio obueniat, totum patri acquiritur.
Ergo inter fratres communicandum, secundum d. l. certum.

Hanc ampliationem probare etiam videtur, Flo. in l. ex re, ff. de vsum.
vbi dicit tale lucrum dici profectum, & esse fratribus communican-
dum. Vide ad hoc Bart. in d. l. certum. col. 1. C. fam. ercis. & tex. in l. si pa-
truus, & ibi Bart. C. com. vtr. ind. & in l. illud, C. de collat.

Verum quod totum lucrum, quando cum pecunia patris filius nego-
41 ciatur, communicari non debeat cum fratribus diuisionis tempore, sed
lucri tantummodo medietas, voluit Gl. in l. cum oportet, C. de bo. quæ lib.
& Bart. in l. si tibi, §. si pactus, ff. de pact. vbi dicit, quod totum lucrum fa-
ctum cum pecunia patris non dicitur profectum, sed pro medietate
42 tantum, quia pro alia dicitur aduentitium tamquam debitum sibi ope-
ris suis; Et ita dicit se pluries consuluisse. Hoc idem repetit id. Bart. in l. 1.
§. nec castrense ff. de col. bon. & in d. l. cum oportet; & in suo tract. de duob.
fratr. 1. par. quæst. 2. & voluisse videtur Dec. in l. illud, col. 3. & 4. C. de coll.
Lud. Rom. cons. 469. Socin. conf. 192. vol. 1. & Phil. Corn. conf. 311. vol. 3. col.
3. & conf. 285. col. 2. vol. 1.

Vnde medietas solum, quæ pecunia patris attribui debet, erit inter
fratres deinde communicanda tamquam profectum peculium, ad d.
l. certum. Alia autem medietas non item, quia aduentitium lucrum di-
citur, §. quod autem ex alia inst. Per quas pers. Bertach. in 3. par. sui reper.
verb. lucrum filij, vers. 4. vbi citat Bar. Bal. & DD. in d. l. cum oportet, C. de
bon. quæ lib. & Bart. in l. illud, de collat. & in auth. vnde si parens, C. de inof.
test. Huius sententia ratio fundari potest præsertim in tex. in fl. Per quas
pers. §. quod autem, dum ibi dicit textus: ne quod ei filio suis laboribus ac-
cessit hoc in alium, & c. & in d. l. cum oportet, ibi. filij non lugebunt, & c. Et fa-
cit, quod generaliter dicam in sociis cap. seq. num. . . . quorum si unus
43 pecuniam alter operam, atque industria ponit, medietas ponenti

pecuniam, & medietas ponenti operam tribuitur, *Bal.* in d. amb. extestamen-
to, col. 7. *C. de collat.* vbi fallentiam ponit, & l. i. *C. pro socio,* & l. cum
duobus, §. si in coeunda, ff. pro socio.

Huic Bartoli opinioni videtur assentire id. *Baldus* in d. l. cum oportet,
44 col. 4. & in d. auth. ex testamento, col. 6. vbi recitat opinionem Bartoli, &
aliorum; sed dissentit in hoc, quod in maximo lucro diuisio fieri non
debeat æqualiter, sed arbitrio boni viri considerata quantitate sortis,
qualitate personæ, quantitate industrie s. i. j. & quantitate lucri; vt si de
centum filius lucratus fuisset centum, vel plus, cum tamen alius forsitan
lucratus non fuisset quinquaginta, maior tunc pars filio tribuatur, at-
tentia ipsius industria, & diligentia, arg. l. si hores, ff. ad l. falc. & ad tradita
per Pet. Phil. Corne. in conf. 213. in subscriptione, litera B. par. 3.

In hactantorum virorum disensione, vidi aliquos sic distinguentes,
45 & præsertim Pet. de ubal. in suo tract. de duob. fratrib. Aut filius cum pe-
cunia patris negotiatur nomine patris, prout præsupponitur quando
contrarium non apparet, ex eo, quod cum pecunia eiusdem negotiatur,
arg. l. ex morte, §. i. & fin. ff. quand. & fac. m. Aut negotiatur nomine pro-
prio, & eiusdem periculo: Aut denique nomine communi, & communi
46 periculo. Primo casu, ex quo nomine patris cum pecunia patris nego-
tiatur, totum lucrum profectum censetur, *Bar.* in d. l. illud, de collat. & in
d. l. cum oportet, in prin. ff. de bo. quæ lib. & in l. sed plures, §. in arrogato, ff. de
vul. & pup. vbi dicit profectum peculium illud esse, quod ex substan-
47 ne patris: Quare cum hoc totum patri acquiratur arg. l. quod procura ex
re. ff. de procur. communicari etiam debet post mortem patris inter fra-
tris. *Bart.* in l. fratre à fratre, col. 8. ff. de cond. ind. *Bal.* in l. si emancipati, C.
de collat. l. fin. C. de collat. & tradunt DD. in d. l. certum, C. fam. ercif. vbi
etiam tex.

Dixi cum pecunia patris, nam si cum pecunia propria filius negotia-
48 retur, etiam nomine paterno, probabilius est, quod sibi soli non patri
acquiratur, DD. & Dec. in l. illud, col. fin. C. de col. Roman. conf. 469. Ang.
conf. 75. col. 2. & Aym. Cra. conf. 125. n. 10. & conf. 165. n. 5. vol. I.

Secundo casu, quando scilicet nomine proprio, & eiusdem periculo
49 negotiaretur filius, sibi totum querit, nec communicate fratribus tene-
tur, licet cum pecunia patris sit negotiatus; per l. si unus ex socijs, l. si
quid ff. pro soc. & l. idemque si ff. mand. & faciunt, quæ inferius ego dixi hoc
eod. cap. limitat. 4. n. 76. cum plurib. seqq.

Vltimò verò casu veram esse opinionem Baldi superius nn. 44. rela-
tam, voluerunt antiquiores, hac præsertim ratione (ut opinor) quia
50 censetur aduentitium, quicquid labore, & industria acquiritur, vt d. l.
cum oportet, C. de bo. quæ lib. vbi Bart. Bal. & DD. & Bart. in l. illud, de collat.
51 & aduentitia patre etiam superstite acquisita, nemo cum fratribus di-
videre

uidere cogendus est, l. fin. C. de collat. Dec. conf. 68. n. 1. & Bertach. in par. 2.
sui repert. verb. frater confert. vers. 8. d. l. cum oportet, §. fin autem C. de bo.
qua lib. & Bald. in auth. ex testamento, 6. col. C. de collat. De hac materia vi-
de omnino Socin. conf. 92. col. 9. vers. circa secundam, vsque ad fin. vol. I. &
conf. 10. alias 162. vol. 2. vbi latè delucro facto per filium ex pecunia pa-
tris, cui acquiratur, & eod. vol. conf. 40. alias 192. vbi ponit succinctè
quinque conclusiones.

Amplia 12. regulam supradictam non solum procedere quando,
52 cum pecunia patris filius negotiatur, sed etiam quando lucratur labo-
rando in re partis, nempe agrum ligonizando, arando, vel alia faciendo;
Hoc enim casu licet prima facie pleno iure videatur lucrum quæri pa-
tri, quia opera cedit rei, l. si in area ff. de cond. ind. Tamen secundum opini-
onem Bartoli relatam in præcedenti ampliatione, cui opinioni adha-
sit in proprijs his terminis *Bal.* in l. certum, col. vlt. C. fam. ercif. cum de-
claratione tamen de qua in supradicta ampliatione dixi esse de mente
53 eiusdem *Bald.* in d. auth. ex testamento, & quum est, quod filius habeat par-
tem lucri, illique operanti premium operæ tribuatur, labor enim, & pe-
cunia diuisione recipiuntur, l. si o amico, ff. de an. leg. & Oldrad. conf.
120. & labor non debet defraudari, *Bal.* in l. precibus, col. 4. C. de impu. &
al. sub. l. pen. §. illo, C. de nec. seru. nec debet esse vacuus à mercede. Spec. in
proem. vers. hoc ergo.

Amplia 13. regulam quando reuiss inter socios rationibus ante-
54 quam finiretur Societas, & diuisio lucro, alter eorum partem ipsi assi-
gnatam consequi non curat, sed illam in Societate relinquit. Tunc enim
lucrum, quod prouenire potest ex ipsa lucri parte, finita Societate com-
mune debet esse, non proprium illius socij. Ita sentit Pet. de ubal. in suo
tract. de duob. fratrib. par. princip. 5. quæst. Vbi dicit rationem esse,
quia quantum ad illud plus, quod dictus Socius retinuit in Societate,
non potest dici ipsum nouam Societatem contraxisse. Nam (inquit di-
ctus Petrus) in sua erat voluntate quandcumque sibi placebat illud
plus recuperare, etiam si Societati non expediret: Imò illud plus, ex
quo non erat de Societate, Societatis periculo cedebat, non creditoris,
ad l. incendum, C. si cert. peti. Ergo consequens est, vt etiam lucrum, quod
ex illa parte procedere posset, sit Societatis, non proprium i. lius: Vbi
55 enim periculum, & onus, ibi lucrum esse debet, l. cum duobus, §. damna,
ff. pro soc. Bertach. par. 3. repert. verb. lucrum non capere, vers. 38. per gl. in
l. si is, qui §. 1. ff. commod. & gl. in l. de illo, §. marcellus, ff. pro soc. & in l. 2. §.
sicui, ff. de hered. vel. act. vend.

Amplia 14. regulam supradictam quando Societas coita fuit cum
56 pacto, quod unus poneat v.g. ducentum, & alter operas, & luctum, &
57 damnum sit æqualiter commune, prout licite fieri potest, secundum tex.
in l. 5. ff. pro soc. & Ceph. in conf. 248. vol. 2. n. 12. & Card. in elem. 1. §. fi. 9. 9.

Nam hoc casu si promittens ducentum ponere, posuisset forsan tertium sciente socio, diuisione tempore non solum communicandum erit lucrum quæsum ex illis ducentum, quæ venerunt in conuentione, verum etiam lucrum, quod perceptum fuit ex alijs centum positis ultra promissionem, Pet. de Pern. par. 5. quest. 30. tract. de duob. fratrib. Cuius ratio est, quia socius ponens in Societate illa centum extra promissionem, sciente altero socio, & non contradicente, tacite videtur consentire ad Societatem; Tacite enim, & re ipsa Societatem contrahit, scribit Ioan. Lup. in repet. rubr. de don. int. vir. & viror. col. 121. post medium, & faciunt ea, quæ dixi superius cap. 2. in princ. Dixi, quod tale lucrum æqualiter sit diuidendum. Nam licet super hoc, quod ultra promissionem positum fuit in Societate nulla interuenerit conuentio, tamen accedere debet conuentioni iam super alijs factæ, & regulari secundum illam; Accessorium enim sequitur naturam sui principalis, reg. accessorium, de reg. iur. in 6.l. quæ de tota ff. de rei vend. l.fin. & ibi Bart. C. per quas pers. nob. acr. Cle. 2. de prab. Franc. Aret. in l. ex duobus, §. etiam, col. 3. circ. princ. vers. Baldus tamen, & in l. ex pup. eo. tit. & Card. in d. Cle. 2.

Extende hanc decimam quartam ampliationem non solum procedere quando sciente consocio illa centum ultra promissionem posuisset socius, sed etiam quando eo ignorante: Nam tunc ex eo, quod nomine communi illis si fuerunt loci, poterit ponens operas, hoc ratificare, & de tali lucro participare, faciunt tradita per me superius hoc eod. ca. ampliat. 7.n. 14. & seqq. vbi ratificationis materiam sufficiēter tractauit. Vide ad hoc tex. valde bonum in l. communis seruus, §. fin. ff. de acq. pos. & per illum tex. Alex. conf. 110. vol. 1. col. 2. & c. rati de reg. iur. in 6.l. si ego, ff. de negot. gest. & Dec. conf. 226. col. 2.

Amplia 15. regulam supradictam procedere etiam in Societate animalium. Nam & lucrum eorum saluo capitali pro domino, æqualiter diuidi dēt, ita ut medietas lucri sit domini, alia verò medietas pastoris, qui animalia pascenda suscepit. Bertach. in 5. par. sui repert. verb. Societas dividitur, vers. 4. Bal. in l. cum duobus, §. si in coeunda, ff. pro soc. & tenet eleganter Pet. de Ubal. in tract. de duob. fratr. p. 5. quest. 24. per d.l. cum duobus §. si in coeunda; Vbi multis, & firmissimis rationibus hanc ampliationem confirmat, & declarat, & contrariam opinionem adducit, quam tam refutat eleganter, ideo ad illum recurrere, quia pulchra est quæstio, & materia subtilissima, quæ faciet tibi magnum honorem, cum in dies occurrere possit casus. Hanc etiam sequitur id. Bertach. in 2. par. sui repert. verb. fructus animalium, vers. 1. vbi subiungit hoc in dubio verum esse, nisi aliud actum sit; Nam hodie ut platum prouidetur Pastoribus de salario, & non habet partem in fructibus.

Amplia 16. regulam (& hæc ampliarior venit illatiuè ex precedenti) quando Colonus partiarius, qui habet boues, & similia animalia communiter

municer cum domino, eos boues locat alijs pro certa mercede, vel cum eis quis alio modo lucratur; Tale enim lucrum communiter diuidi debet inter dominum, & colonum partiarium, faciunt optimè, quæ dixi in supradicta proximiori ampliatione, & ratio est, quia de natura Socie 64 tatis est, vt vbi periculum, & damnum, ibi sit, & aliquod lucrum, ad tradita per Bar. in l. unus, in prin. & per Azor. in inst. mor. p. 3. lib. 9. de Societ. & mand. cap. 1. per tex. in d.l. si non fuerint, §. Arist. ff. pro socio, & l. cum duobus. §. quidam sagariam, in fin. ff. pro soc. & est gl. in l. si is qui, §. l. ff. comm. & in l. de illo. §. marcellas, ff. pro soc. At ex tali locatione animalium, & laborio, potest in illis dominus recipere deteriorationē, sive damnum. Ergo, &c. Nec obstat, quod quis possit vt re cōmuni etiam inuito socio 65 ad usum destinatum, gl. in l. arboribus, §. nauis ver. nauigetur, ff. de vsufr. §. Religiosum, in st. de rer. diuiso. l. merito, ff. pro soc. & Bertach. in suo repert. p. 5. verb. socius non potest, vers. 29. & per Bal. in l. u. C. de testam. Nam per hoc non infertur, quod non debeat communicare consocio lucrum, quod acquiritur, ad tex. in l. duo fratres, ff. de acq. hæred.

Extende hanc 16. ampliationem procedere etiam in casu, quo socius 66 pacto conueniret, quod alter integrè vteretur bobus communibus. Nam nec per hoc licitam ei esse integrā lucrorum perceptionem, tradit Bal. in l. duo fratres, ff. de acq. hæred. sed corundem pars arbitrio boni viri consocio debet communicari, iux. l. societatem mecum, & l. in proposita, & l. si Societatem mecum, ff. pro socio.

Amplia 17. regulam procedere nedum in socijs ip sis, verum etiam in 67 hæredibus cuiuslibet eorum: licet enim morte vnius finiatur Societas. Dec. in l. 1. num. 4. C. qui test. fac. pos. Car. Rui. conf. 91. num. 8. vol. 1. & tex. in l. actione, §. morte, ff. pro soc. quæsum tamē à socio debet hæredibus defuncti communicare, Bal. in l. cum in Societatis, C. pro soc. & facit tex. in l. actione, §. morte, ff. de neg. gest. l. hæres socij, ff. pro socio, & d.l. actione, §. 1. ff. pro soc. in quibus iurium locis habetur, quod si Societate durante, aliqua communi nomine empta fuerunt, ea communicanda sint hæredibus defuncti; Mors namque non distrahit præterita comercia, sicut nec morte superueniente tollit lucrum præteritum, d.l. actione, §. 1. ff. pro soc. Imò quod hoc etiam procedat si proprio nomine socius quæfuerit, facit l. si quis Societatem, ff. pro soc. Defunctus enim ius, quod iā natus 68 erat in vita transmittit ad hæredes, sicut transmittit obligationem ad damnam si esset, prout aduertit Bar. in d.l. actione, §. morte, ff. pro soc. & aduertit Ang. in inst. de soc. §. soluitur, per tex. in l. verū, §. in hæredē, ff. pro soc.

Restringe tamen hanc 17. ampliationem procedere tantummodo in 69 quæsum socio viuente, non autem in luctis factis post ipsius mortem à consocio; In his enim non habere partem hæredes, nisi cum istis renouata esset Societas expressè, voluit Bal. in l. patruus, C. com. vtr. iud. Cor. conf. 1. vol. 1. & clara sunt iura superius allegata; hoc idem sentit Bart. in l. Titium, &